BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 134r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ʒ. iij. amigdalarum amararum lupinorum
ana ℥ ß. persicarie m. ß aloes. ℥ ß mir-
re. ʒ. ij. croci ℈. j. sandonice ʒ. ß. pulue-
risanda pulverisentur et pistanda pistentur
ex medietate eius fiat decoctio, et ex me-
dietate fiat sacculus in forma scuti et sus-
pendatur collo, eo prius balneato in de-
coctione dictarum rerum. ¶ Et sciendum quod me-
dicine interficientes ascarides, debent esse
fortiores interficientibus longos vermes, sunt
enim ascarides remotiores, et magis sub-
mersi. et fiunt ex materia grossiori, lumbricis
vero leves sufficiunt medicine, Cucurbitini
indigent fortioribus medicinis, ascarides for-
tissimis. Sunt enim in partibus superioribus lum-
brici, in medio cucurbitini, in inferioribus
ascarides, et hec est distinctio ut dixi secundum
loca. ¶ In ferculis hijs utor. Recipe seminis portu-
lace ʒ. ij coriandulorum preparatorum corticis
mediani radicis arabici granatorum ana ʒ. j.
pulverisa. Inquit Agregator, vidi vermem
duri capitis multum cum quatuor pedibus
longum, secundum longitudinem medij digiti
duri corticis, ad quem interficiendum non va-
luit tiriaca, nec aloes, nec alia plura,
demum feci portari oleum de absinthio et mor-
tuus est statim. ¶ Cura vermium minutorum
in ano fit cum caustico involuto in succo,

condimentum in cibis contra vermes

nota de oleo absinthij

132

134